


XIV. Ager inter Gnathiam et Barium.

In ora maritima Gnathia Barium itineraria (v. supra p. 25) mansiones collocant *Diriam** a Gnathia m. p. IX, *Arnestum* vel *Turres Caesaris* sive *Aurelianias* a Gnathia m. p. XV—XVIII, *Turres Iulianas* a Gnathia m. p. XXIV. Earum mansionum quod Guido primam (c. 27. 71) cum *Monopoli*, tertiam (c. 26. 71) cum oppido *Poliniano*, id est Polignano componit, auctoritatem non habet. Polignano olim Neapolim fuisse ex nummis aeneis collegerunt viri docti inscriptis *Næapo* . . .

*) *Diriam Ravennatis contra Dertum Peutingeranae tuerunt Dirini Plinii 3, 11, 105.*

273 [= 597] Polignani rep. 1822 e regione portae abbatiae S. Viti.



Ex schedis Iosephi d' Addosio Barini.

similiterve et omnino in Apulia cisis; eos enim tradunt in Polignanensi territorio potissimum eruderari (Sambon *les anciennes monnaies de la presqu'ile Ital.* p. 213). Titulis universa haec regio fere destituitur.

Mediterranea quoque via Gnathia Butontum ducens (v. supra p. 26 n. III) inter Gnathiam et Caeliam stationes habet ad *Veneris*, *Norve*, *Ezetium* et ipsas auctoribus quos habemus ignotas; temere enim Netium oppidum, quod Strabo 6, 3, 7 p. 282 inter Caeliam et Canusium interponit, ad Ezetium illud rettulerunt alio omnino loco situm. Lapidies scriptos hae quoque partes adhuc non magis dederunt.

274 [= 598] Turi VI p. a Conversano in provincia Barina.

FLAVIA · AVG
LIB · PHILOMA
V · A · XXXI · M · VI
DAHNVS · PATER
5 FI · PIEN · E DVL
POSVIT

Mola effem. enciclop. 1794
Febr. p. 76.

XV. CAELIA (*Ceglie di Bari*). *Tribu Claudia.*

Caelia nominatur apud Strabonem 6, 3, 7 p. 282 (*Κελία*) et Ptolemaeum 3, 1, 73 (*Ἀπούλων Πευκετίων μεσόγειοι... Κελία*) et in Peutingerana (p. 26: *Celia*), ubi collocatur IX a Butonto lapide, et in libro coloniarum interpolato (p. 262 Lachm: *Caelimus ager*) et in titulo urbano (vol. VI n. 2382 b 33: *C. Valerius C. f. Cla. Masculin. Cael.*), unde

275 [= 616] Ceglie di Bari rep. 1794.

D · M
D · APERTIVS
SECVNDS
VETE · LEG · II
5 TRAI · FORTIS
V · A · L
IVLIA · VARIA
COIVGI
B · M · F

Mola G. L. vol. 39 (15 Nov. 1795) p. 97.
Ex schedis Iosephi d' Addosio ita accepi quasi a somnianti repetitam: C·APERTIVS || DVX·V·LE-
GIONIS·ROMANAEC || HEIC·IACET || IVLIA·VARIA·MA-
RITO·B·M || FECIT.

276 [= 618] Ceglie di Bari.

P · GELLIVS
· O · L · SOMS
SITVS

Mola Analisi ragionata 1792 Aug. p. 84.

innotuit tribus eius Claudia. Eiusdem oppidi extant nummi et aenei et argentei inscripti *Kælīwæn*, qui dicuntur saepe in territorio Cegliensi reperiri (röm. Münzwesen p. 357; Sambon monn. de la presqu'ile Italique p. 201).

277 [= 619] Ceglie in fundo Michaelis Angeli de Venere EGO; in pariete exteriore monasterii S. Angeli ROB.

LAVTINIA · O · L ·
p a N T H E R A E
CONFERVNDS
CONIVGI · B · M

Descripti ego a. 1844, item a. 1874 Robert.
Ed. Mola Analisi ragionata 1792 Aug. p. 84.

278 [= 617] litteris pulchris et magnis. Carbonarae prope Ceglie rep. 1834, extat *alla punta del Largo in aedibus Pischini*.

OSSVCID · LICINI
o MACRO · ANTO · niae · P · F · RVF
A · BIMIO · faci · F · FLAC

Descripti; sed quod in alio apographo inveni
3 ASIMIO fortasse praferendum est propter
nomen Dasimiorum in Apulia non rarum.

Ceglie di Bari duo fragmenta; prioris litterae
altae sunt unc. 5., secundi unc. 4. Sunt
in porticu dirutae abbatiae S. Angelii.

279 [= 620]

· · · · · ATICVS MAX

280 [= 621]

MIVS · · · · ·
AETI · · · · ·

Mola Analisi ragionata 1792 Aug. p. 84.

281 Ceglie di Bari in atrio monasterii S. Angelii.

IN AGRO
P XII

Robert descripsit a. 1874.

XVI. BARIUM (*Bari*). *Tribu Claudia.*

Barium iam nominatur in annalibus Romanis ad a. u. c. 573, quo duoviri navales oram maritimam ita inter se divisorunt, *ut promunturium iis Minervae velut cardo in medio esset, alter inde dextram partem usque ad Massiliam, laevam alter usque ad Barium tueretur* (Liv. 40, 18), unde colligitur vel eo tempore portum ibi fuisse satis frequentem. Neque improbamus eos qui quod citat Stephanus (s. lv.) {ex Theopompi l. LII: *Βαρύτιον χωρίον πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ* ad hoc oppidum referunt. Meminerunt eiusdem deinde Horatius (sat. 1, 5, 97: *postera tempestas melior, via peior ad usque Bari moenia piscosi*); Mela 2, 4, 66; Strabo 6, 3, 8. 9 p. 283; Plinius 3, 11, 102 (*uarium Lugd.*); Tacitus

(ann. 16, 9: *Silanus tamquam Naxum deveheretur Ostiam amotus post municipio Apuliae, cui nomen Barium, clauditur*); Ptolemaeus 3, 4, 15 (*Βάριον*); itineraria (supra p. 25 sq. n. I. IV; aliis locis Barium ibi est, aliis *Varia*, aliis *Beroes*). In laterculo praetorianorum a. 153/6 (vol. VI, 2381 b, 1, 10: . . . *itius L. f. Cl. Barinus Baris*) non Barium est, sed Bariae. Denique nummi extant aenei omnes et Romano more ad unciam sextantemque exacti inscripti *Βαρύων* (röm. Münzwesen p. 357; Sambon monn. de la presqu'ile Ital. p. 200). Primarium huius orae emporium, ut nunc est, ita Romana quoque aetate Barium fuisse ex Strabone potissimum intellegitur. Id ipsum confirmant viae; ad Ba-